

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG\\_0153](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0153)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT SEXAGESIMUM OCTAVUM.

*Mangium montanum. Mangi Mangi Goenong.*

**H**ec arbor *Mangi Mangi Goenong* dicta, in parvis crescit silvis in Omæ & Haroekæ montibus, formam vulgaris *Mangii* exhibens, cuius & foliis magnitudine, non autem venarum decursu respondet, sunt autem quinque pollices longa, sesquipedem lata, in obtusum apicem distinetia, per longitudinem quatuor nervis distincta, utrimque protuberantibus, nullum vero gerunt nervum medium, unde & quodammodo similia sunt illis *Dammar Batu*, vel magis proprie illis *Canellæ silvestris*, ingratè dulcis saporis.

Arbor plurimos gerit breves ramulos densamque comam, ramuli autem superiores potissimum angulosi sunt seu triangulares, quibus folia nunc solitaria, nunc bina obposita insident.

Post folia fructus progerminant plures ex racemis dependentes, quæ parvæ sunt, virides, planæ, incurvæ, interruptæ siliculae, instar plurium scorpionum intricatae, binos circiter pollices longæ, culmum crassæ, in quibus quatuor vel quinque obcluduntur semina nigra, Lini semina æmulantia, sed minora, nigra, & splendentia, rubra obtecta pellicula: Sub hac arbore nullæ aliae crescunt herbæ.

Omasenses illam vocant *Mangi Mangi Oetan* & *Goenong*, nullum mihi amplius ejus nomen innotuit. In rubro crescit solo, distinguenda vero est ab alia arbore *Mangi Mangi Utan* dicta, supra capite 28 descripta, unde hæc Omasensis arbor meliore jure vocanda est *Mangi Mangi Goenong* seu *montana*, vel potius peculiaris alia habenda est arbor, natura & forma a *Mangiorum* familia nimium diversa.

## In Rumphii Adpendice hæc subsequuntur.

Huc usque nulla alia mihi obvenit arbor, cuius folia hanc habent proprietatem, quod quatuor gerant nervos longitudinales: Anno 1690. hæc arbor in Leytimora reperta fuit, ejusque ramus mihi inde transmissus forte junioris arboris, cuius rami extremi quadratæ, & acute fere alati erant, hisce folia insident plurimum solitaria, sed bina sibi mox subsequuntur, quæ brevibus sustinentur petiolis, sex septemque pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, superius obtusa, scabra, & deorsum inflexa, & uti dictum, quatuor nervis longitudinalibus usque ad extremum donata, qui utrimque protuberant. Ex alis ipsorum simplex & solitarius progerminat petiolis, quadratum & acutum sustinens capitulum, quod floris rudimentum esse quis putaret, sed sese in quatuor tenera explicat foliola, viscosa, quales & petioli sunt. Fructus in textu supra notati sunt.

## Tabula Octogesima Prima

Ramus exhibet *Mangii montani*, seu *Goenongi*.

## LXVIII. H O O F D S T U K.

*De Berg-Mangi-Boom.*

**M**angi Mangi Goenong, zo genaamt, waft in de ligte boschen in 't gebergte van Oma en Haroeko, in de gedaante van een middelbare *Mangi Mangi*-boom, die de bladeren ook eenigzins gelyken van grootte, maar vanader heel anders geteekent, want zy zyn vyf duymen lang, een en anderhalf breed, met een stompe spits, in de lengte gestreept met vier zenuwen, die te weerzyden uytspullen zonder middel-zenuwe, waar doorze eenigzins gelyken die van Dammar Batu, of eygentlyk die van de wilde Caneel, onlieffelyk zoet van smaak.

De boom heeft veele korte takjes, en een digt loof, en de voorste takjes zyn meest hoekig of driekantig, waar aan de bladeren zommige enkelt, zommige tegen malkander staan.

Agter de bladeren komen de vruchten voort, aan veele trofsen by malkander, 't welk zyn kleene groene platachtige, kromme, en geknoopte bouwen, door malkander gekronkelt, als een party Schorpioenen, omtrent twee duymen lang, en een stroo-halm dik; binnen leggen vier a vyf swarte zaden, als die van Lyn-zaat, dog kleender, zwart, en glimment, bekleed met een rood velleken. Onder dezen boom waft geen andere ruygte.

De Omaëzen noemen hem *Mangi Mangi Oetan* en *Goenong*, en meerder is van hem niet bekent. Hy staat op een rooden grond, dog is te onderscheyden van een ander *Mangi Mangi Utan*, bier boven Kapittel 28. beschreven, daarom men dezen Omaëzen-boom beter mogte noemen *Mangi Mangi Goenong* of *Berg-Mangi-Mangi*, of nog liever voor een byzondere boom houden, dewyl hy van de natuur en gedaante der *Mangi Mangi* te veel verschilt.

Dit volgt in het Byvoegzel van Rumphius.

Tot nog toe is my geen andere boom bekent, wiens bladeren die eygenschap hebben, dat ze met vier zenuwen in de lengte geteekent zyn. Anno 1690. is by op Leytimor gevonden, en daar van een tak my toegebracht, misschien van een jonge boom, wiens uytterste takken vierkantig, aan de kanten scherp en schier gevleugelt, daar aan staan de bladeren meest enkelt, dog twee en twee kort boven malkander. Deze staan op korte steelen, 6. en 7. duymen lang, 3 en 3½ breed, van vooren stomp, alle stijf en neerwaarts staande, als gezegd met vier doorgaande zenuwen in de lengte gestreept, ter wederzyde uytstekende. Uyt baren schoot komt een enkelden steel voort, dragende een vierkant scherp hoofdelen, 't welk men voor een knop van een bloem zoude aanzien, maar 't verdeelt zig in vier jonge blaadjes, dewelke wat kleverig zyn, als mede de steelen. De vruchten zyn als in den text.

## De een- en tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Berg-Mangi*-boom ofte *de Goenong*.